scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres
eius ad eum. Transi hinc et
vade in iudeam ut et discipuli
tui videant opera tua que facis.
Nemo quippe in occulto quid
facit: et querit ipse in palam esse.
Si hec facis: manifesta te
ipsum mundo. Neque enim fratres
eius credebant in eum. Dixit ergo
eis ihesus. Tempus meum nondum
advenit: tempus autem vestrum sem-
per est paratum. Non potest mundus
odisse vos: me autem odit. quia
ego testimonium perhibeo de illo
quia mala sunt eius opera.
Vos ascendite ad diem festum
hunc: ego autem non ascendo
ad diem festum istum. quia tem-
pus meum nondum impletum est.
Hec cum dixisset: mansit in
galilea. Ut autem ascenderunt
fratres eius: tunc et ipse ascendit
ad diem festum non manifes-
te: sed quasi in occulto. Iudei
ergo querebant eum in die festo:
et dicebant. Ubi est ille? Et
murmur multus erat de eo
in turba. Quidam enim dicebant
quia bonus est: alii autem dicebant
non. sed seducit turbas. Ne-
mo tamen palam loquebatur
de illo, propter metum iudeorum.
Sperent in te omnes qui noverunt offertorium
nomen tuum domine quoniam non derelinquis
querentes te psallite domino qui habitat

in syon quoniam non est oblitus orationem
pauperum. Secreta Hostias tibi domine
offerimus immolandas que
temporalem nobis consolationem
significent: ut promissa non despe-
remus eterna. Per. Communio Redime
me deus israel ex omnibus angustiis meis.
Da quesumus omnipotens deus: ut que divina
sumus iugiter exsequentes do-
nis mereamur celestibus propin-
quare. Per. Super populum Da nobis
quesumus domine perseverantem in tua vo-
luntate famulatum ut in diebus
nostris et merito et numero populus
tibi serviens augeat. Per.
Liberator meus de gentibus feria
iracundis ab insurgen- iiii
tibus in me exaltabis me a viro
iniquo eripies me domine. Psalmus
Diligam te domine virtus mea dominus firmamentum.
Sanctificato hoc ieiu- collecta
nio deus tuorum corda fidelium
miserator illustra: et quibus
devotionis prestas affectum:
prebe supplicantibus pium benig-
nus auxilium. Lectio libri levitici
In diebus illis: Locutus est
dominus ad moysen dicens. Ego
dominus deus vester. Non facietis
furtum: non mentiemini:
nec decipiat unusquisque
proximum suum. Non peiera-
bis in nomine meo: nec pollu-
es nomen dei tui ego dominus.
Non facies calumpniam

cauit etiam. L[ectio] daniel[is] p[ro]ph[et]e.
In diebus ill[is]: Congregati
sunt babylonii ad regem: et
dixerunt ei. Trade nobis dani
elem qui bel destruxit et dra
conem interfecit. Alioquin
interficiemus te et domum tuam.
Uidit ergo rex quia irruerent
in eum vehementer: et necessitate
compulsus. tradidit eis danielem.
Qui miserunt eum in lacum
leonum: et erat ibi sex diebus.
Porro in lacu erant septem
leones: et dabantur eis cotidie
duo corpora et due oves. Et
tunc non data sunt eis: ut
devorarent danielem. Erat
autem abacuc propheta in iudea. et
ipse coxerat pulmentum. et
intriverat panes in alveo
lo: et ibat in campum ut ferret
messoribus. Dixitque angelus
domini ad abacuc. Fer pran
dium quod habes in babylonem da
nieli: qui est in lacu leonum.
Et dixit abacuc. Domine
babylonem non vidi: et lacum
nescio. Et apprehendit eum
angelus domini in vertice eius.
et portavit illum capillo
capitis sui: posuitque eum
in babylonem super lacum
in impetu spiritus sui. Et cla
mavit abacuc dicens. Da
niel serve dei: tolle prandium

quod misit tibi deus. Et ait dani
el. Recordatus es enim mei de
us meus: et non dereliquisti
diligentes te. Surgensque da
niel comedit. Porro angelus
dei restituit abacuc confestim
in loco suo. Venit ergo rex
septimo die: ut lugeret dani
elem. Et venit ad lacum: et
introspexit: et ecce daniel se
dens in medio leonum. Et cla
mavit rex voce magna di
cens. Magnus es domine
deus danielis. Et extraxit eum
de lacu. Illos autem qui perdi
tionis eius causa fuerant intro
misit in lacum: et devorati
sunt in momento coram eo.
Tunc rex ait. Paveant habi
tantes in universa terra deum
danielis: quia ipse est libera
tor et salvator: faciens signa
et mirabilia in celo et in terra
qui liberavit danielem de lacu
leonum. Gr[adua]le. Discerne causam
meam domine ab homine iniquo et
doloso eripe me. V[ersus]. Emitte lucem
tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanctum tuum.
In illo tempore: Johannem.
Ambulabat ihesus in galileam:
non enim volebat in iudeam
ambulare: quia querebant
eum iudei interficere. Erat autem
in proximo dies festus iudeorum

